



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 7. De Irregularitate ob hæresim, simoniam, aliaue crimina, vel on
infamiam contracta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Se^{ct}. I. De Irregularitate Recept. Sent. 329

Coninch *disput.* 18. *num.* 38. & alij communiter.

¹¹ Baptizatus ab hereticis irregularitatem incurrit. *Cap. Qui in qualibet i. dist. 7.* Excusat ignorantia. *Cap. Placuit. & c. Qui apud 1. q. 4.* Idem dixerim de necessitate, quæ excusat à culpa. Quia propter culpam illa pœna incurritur. Et secundum hæc intelligo *Cap. Qui in qualibet*, de qualibet ætate discretionem ventionem. Est omnium.

¹² Adulti baptizati in ægritudine ob periculum mortis non possunt ordinari Presbyteri, nisi fidem, & studium suum probaverint, probitate scilicet vite; aut nisi Sacerdotum sit inopia, *c. 1. dist. 57.* Viderur tamen tunc requiri dispensatio Episcopi, ut de ordinandi dignitate publico iudicio constet. Doctores conveniunt.

¹³ Qui furtivè ordinatur irregularis fit saltem quo ad ascensum ad altiores ordines. *Cap. 1. de eo, qui Ordinem furtivè suscipit.* Potest tamen cum eo Episcopus dispensare, nisi fuerit sub pœna excommunicationis prohibitus, ita ad Ordines accedere. Dicitur furtivè ordinari qui dolo obtrudit se Episcopo ordinanti, persuadendo se esse alium, quàm sit; aut qui prius dum vocatur ad examen, curat, aliù suo nomine examinari, & postea vocatus sistit se pro eo, qui examinatus fuit; vel quacumque alia ratione efficit, ut Episcopus eum ex errore personæ pro alio ordinet.

¹⁴ Qui post Matrimonium contractum ratum etiam ante consummationem (nisi in Religione approbata professus sit) inquit uxore, Sacros Ordines suscipit, irregularis fit, & ab ordine sic suscepto suspenditur. Si tamè in Religione approbata profiteatur, poterit eum Episcopus dispensare. Nonnulli alias irregularitates adferunt huic capiti concernentes, sed eas haud satis probant, cum nullum ins, in quo exprimantur adferant. Coninch *disputation.* 18. *num.* 44. ex communi Doctorum.

CAPVT VI.


De Irregularitate ob pravam Ordinum usum.

¹⁵ **L**ERICVS exercens Ordinem, quem non habet, fit irregularis quoad ascensum ad superiores. *Cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato.* Manet etiam per biennium, aut triennium iuxta Episcopi arbitrium suspensus ab Ordine dignissimo, quem habet: non autem ab alijs, ut aperta colligo ex *cap. 2. c. 1. de Suar. disputation.* 40. *section.* 4. *num.* 4.

¹⁶ Porro ad hanc pœnam incurrendam, debet Ordo exerceri cum ea solemnitate, ac modo, quo à laicis exerceri non potest. Hinc laicus exercens actus minorum Ordinum etiam cum omni solemnitate, aut canens Epistolam etià *Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

cum damatica sine manipulo, aut baptizans sine solemnitate, irregularitatem non contrahit. Quia hi non sunt actus Ordinis, dum sic fiunt. Præterea debet hic actus fieri non solum cum peccato mortali, (sine quo hæc pœna non incurritur) sed etiam serio. Qui enim ioco eum exhiberet, et si peccaret, non tamen irregularis fieret. *Avila p. 7. d. 9. d. 13.* ex communi.

Violans censuram aliquam actum Sacri Ordinis exercendo, irregularis fit. *Cap. de sent. & re indicata in 6. Cap. 1. s. qui. Cap. Is, cui de suram per sentent excomm. in 6.* Per actus vero minorum Ordinum non incurritur. Quia possunt à laicis etiam cum omni solemnitate exerceri, atque ex consuetudine desinere alicui Ordini esse proprii. Est omnium Doctorum. Scio, varios alios adferri calus, sed à suis Authoribus non probati.



CAPVT VII.

De Irregularitate ob hæresim, simoniam, aliàve criminam, vel ob infamiam contractam.

HERETICI non possunt ad ullos Ordines promoveri, etià post poenitentiam tractam. *c. Sa. luberrimum 1. q. 7.* Vbi dicitur, Clericos ab hæresi reuerentes ad Ecclesiam debere pro magno beneficio habere, si sine vlla promotionis causa in suonerere permaneant. Est communis.

Idem dixerim de fautoribus, & receptatoribus hereticorum, eorumque filiis vique ad secundam generationem. *Cap. 2. s. Heretici, fautores, & filij.* Hæc autem intelligo de iis, qui fauent hæreticis formaliter sumptis, sine qua tales sunt. Nam si quis hæreticum domi reciperet, quia pauper, aut frater ipsius est, & ei in re aliqua iusta faueret nullomodo ad hæresim spectante, nullam pœnam incurreret. Hoc autem ius per *cap. Statutum*, 15. limito, ut constitutio illa circa descendentes per lineam femineæ, solù habeat locum in prima generatione: in secunda vero solù respectu illorù, qui per lineam masculinam descendunt. Itè ut nò habeat locum respectu filiorù, quorù parentes ante mortem Ecclesie reconciliati. Catholici obierunt. *Henr. 1. 14. c. 5. n. 4.* citans Simanchas, Navarrum, & alios.

Qui iure infames sunt, irregularitate puniuntur. *Cap. Infames 6. q. 1.* Iuris autem infamia dupliciter incurritur. Priò, per Iudicis sententià infamià incurrentis. Secundo, per commissionem criminis, cui à iure infamia est annexa, quando illud est publicum. Huiusmodi crimina sunt periuriù in iudicio, simonia, Sodomitia, improbiu fœnus, in quo usuræ usuratù exiguntur, Sacrilegiu, duellu, hæresis, eiusq; fauor, crimè læsæ Maiestatis, persecutio hostilis Cardinaliù. Imo duo vltima committentium filij

ff atque

²⁷ Violans cõ
& re indicata in 6. Cap. 1. s. qui. Cap. Is, cui de suram per
sentent excomm. in 6. Per actus vero minorum
Ordinum non incurritur. Quia possunt à laicis
etiam cum omni solemnitate exerceri, atque
ex consuetudine desinere alicui Ordini esse pro
prii. Est omnium Doctorum. Scio, varios alios
adferri calus, sed à suis Authoribus non probati.

²⁸ Heretici
sunt irre
gulares.

²⁹ Et eorum
fauores, &
filij.

³⁰ Et qui iure
sunt infame.

atque etiam nepotes descendentes per masculinam lineam sunt infames. *Cap. Felicis de penis in 6. & Leg. Quisquis, §. Filiis, C. ad leg. Iuli.* Permanet autem hæc infamia, & consequenter irregularitas etiā pœnitentia peracta. Debent vero hæc crimina esse publica, *c. ult. de temporib. ordinandor.* Quia crimen occultum non parit infamiam. *Nauar. sum. c. 27. nu. 248. Coninch d. 18. n. 56.*

31 *Non omnis infamia irregularitatem inducit.* Alia crimina, quæ iuris infamiam non habent annexam, irregularitatem non inducunt, quâvis quia publica sint, suos auctores infament: sed tantum inducunt aliquod impedimentum ob indecentiā, propter quam tales *c. ult. citato*, ordinari prohibentur, donec per pœnitentiā infamiam eluerint; quare hæc posita, omne impedimentum tollitur. *Nauar. c. 27. n. 204.*



CAPVT VIII.

De Irregularitate ex homicidio aut mutilatione voluntaria.

32 *Non est irregularis, qui conatur occidere, aut mutilare.*



VLIVS conatus occidendi per se, vel alium adhibitus sufficit, ad inducendam irregularitatem nisi mors, aut mutilatio defacto sequatur. Quia illa solum est lata pro iis, qui occidunt, aut mutilant: nullus autem, quâvis cumque conetur occidere, potest dici occidisse, nisi nex sequatur. Idemque de mutilatione dicendum. Infero, irregularē nō esse eum, qui alium lethaliter vulneravit, si statim ex allocasu (v. gr. tormento discerptus) ita subito occidatur, vt ratione prioris vulneris nullatenus citius obeat: secus si citius. Quia in hoc casu alter in ipsius occisionem influit, in priori verò non. *Auila hic, d. 6. §. 3. dub. 4. concl. 2.*

33 *Voluntarie aliquem occidens, aut mutilans, irregularis est.*

Voluntariē aliquem occidens, aut mutilans, irregularis est. Patet ex tit. de homicidio. Ad hanc vero irregularitatem nō sufficit gravis vulneratio cū copiosa sanguinis profusione, aut deformitate secuta, nisi sequatur mors, vel mutilatio. Quare non sufficit aliquem ita vulnerare, vt aliquod membrum ei reddatur inutile, nisi abscindatur, aut saltem ita tractetur, vt plene moriatur & debeat abscindi. *Nauar. sum. c. 27. n. 223. Sotus l. 5. de iust. q. 2. a. 1. Suar. d. 44. §. 2. n. 6. Henric. l. 14. c. 8. nu. 4. Auila p. 7. d. 5. §. 1. dub. 2.*

34 *Quid dicatur proprie membrum, cuius mutilatio irregularitatem inducat.*

Receptiori vero ex sententia, membrum dicitur solummodo ea pars corporis, quæ per se habet aliquod distinctū officiū in corpore, qualis est manus, pes, &c. Vnde digitos membra non esse iudico, sed membri partes idēque de auribus, naso, &c. sentio. *Nauar. cap. 27. n. 206. Couar. in Clement. si furiosus, de homic. p. 3. §. 8. Auila p. 7. d. 5. dub. 1. Henr. l. 14. c. 8. nu. 1.*

35 *Irregularis est, sponte sibi partem digiti amputans.*

Qui sibi sponte notabilem partem digiti abscindit, aut se ipsum castrat, aut castrati permittit, est irregularis. Secus si ex necessitate vim patiens, aut morbi depeklendi causa hæc patiat. Habetur expresse *cap. 4. §. 6. 7. 8. 9. dist. 35*, Vnde constat, aliquem

faciliter fieri irregularem se ipsum lædendo, quàm si alium lædat. *Coninch dist. 18. n. 64.*

Abortum procurans post fetus animationem irregularis est. Secus erit, si id ante animationem fiat, vel in priori casu effectus nō sequatur. Quia tunc non committitur homicidium. *Cap. Sicut ex literarum, 20. de abortu. homicid.*

Apponens sponte causam, ex qua videtur, alteri mortem secuturam, v. gr. dando ei venenum, &c. irregularis fit, quantumcumque ante illius mortem facti pœniteat, & eam impedire conetur, si mors de facto sequatur. Quia vere est homicida. Omnes fatentur.

Idem dixerim de iis, qui mandando, consulendo, incitando, animando occisorem, aut simili ratione sint causa mutilationis aut homicidij. *Cap. Si quis viduam, dist. 50.*

Qui suadet alicui, vt alium interimat eo modo, iisque circumstantiis, quibus inasforti nullum probabile imminet periculum, vt si suadeat hoc clā ex loco tuto facere, aut dato veneno, ita vt nemo id scire possit, & alter habeat facultatem id facile ita gerendi: si hic casu occidatur, alter non fit irregularis. Quia illius mors huic nullo modo dici potest voluntaria, cum nullatenus potuerit eam prævidere. Cum Hostiensis, & Innocentio Auila p. 7. d. 6. §. 2. dub. 5. concl. 4.

Qui volenti occidere, cū hoc aliter nequeat impedire, suadet, vt potius mutilet, irregularis nō est. Quia nec peccat, nec deficit in lenitate, sed hanc potius exercet. Idem assero de eo, qui reo lenta, duraque morte plectendo à Iudice impetrat celeriores, aut faciliorem, v. gr. vt potius plectatur capite abscisso, quam suspensio. Quia hic potius est abundantia, quàm defectus lenitatis. *Suar. d. 45. §. 3. n. 1. Coninch d. 18. n. 69.*

Quando multi aut certo consilio, aut subito coorta rixa, simul vnum aggrediuntur, si hic occidatur, omnes sunt irregulares, etsi ille vnicuique vulnerē à certa persona inflicto interrimatur. Quia hi omnes ad necem ipsius vere sunt cooperati, partim sua ope animando occisorem, partim impediendo, ne alter posset se defendere. Secus est de eo, qui alicui vulneris non lethale infligit quem alij postea superuenientes occiderunt. Quia prior percussio non potest dici causa, sed solum occasio mortis alterius, nisi dum vulnus infligebat, potuit facile prævidere, læsum hac occasione interimendum. Et hic est casus *c. Significasti 18. de homicid.*

Irregularis fit qui desinit impedire occisionem, aut mutilationem eius, cui hic, & nunc ad hoc faciendum ex iustitia obligatur. Quia est vere causa mortis alterius subtrahens auxilium suum ad eius vitam tuendam necessarium, ex iustitia ipsi debitum. Est communis opinio, quinam autem teneantur ex iustitia alterum defendere, exprimit Lessi. *de iust. c. 9. dub. 13. §. 1. nu. 94.*